Digitized by Google

B

2.5.291 I

Digitized by Google

25.231 I

C I

LITERATURA MEDICA DIGESTA

SIVE

REPERTORIUM

MEDICINAE PRACTICAE, CHIRURGIAE

ATQUE

REI OBSTETRICIAE.

CONCINNAVIT

D.r GUILIELMUS GODOFREDUS DE PLOUCQUET,

PROFESSOR MEDICINAE TUBINGENSIS,

ORDINIS REGII WURTEMBERGICI CIVILIS EQUES,

ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM, SOCIETATI MEDICAE PARISIENSI,

ALIISQUE ADSCRIPTUS.

TOMUS I.

A – D.

Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri!

TUBINGAE, 1808.

apud JOANNEM GEORGIUM COTTAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

25.291 I

C I

LITERATURA MEDICA DIGESTA

SIVE

REPERTORIUM

MEDICINAE PRACTICAE, CHIRURGIAE

ATQUE

REI OBSTETRICIAE.

CONCINNAVIT

D.r GUILIELMUS GODOFREDUS DE PLOUCQUET,

PROFESSOR MEDICINAE TUBINGENSIS,

ORDINIS REGII WURTEMBERGICI CIVILIS EQUES,

ACADEMIAE CAESAREAE NATURAE CURIOSORUM, SOCIETATI MEDICAE PARISIENSI,

ALIISQUE ADSCRIPTUS.

TOMUS I.

A – D.

Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri!

TUBINGAE, 1808.

apud JOANNEM GEORGIUM COTTAM.

Digitized by Google

PRAENOSCENDA.

Prodierunt in publicum annis 1793–97. Initia Bibliothecae Medico-Practicae et Chirurgicae Realis, five Repertorii Medicinae Practicae et Chirurgiae: Communicat D. G. G. Ploucquet, Professor Medicinae Tubingensis Tomi octo: Successerunt dein annis 1799 et 1800. Continuationum et Supplementorum Tomi duo, iterumque annis 1802 et 1803. horum Tomus tertius et quartus, ut totum opus jam XII Tomis constaret.

Cum autem flumen perenne Literaturae Medicae urgeret, factum est, ut ad finem anni 1806 iterum insignis copia noviter inserendorum, numerum 40,000 circiter aequans, adeoque ulterioribus duobus Tomis replendis par — in promtu esset: Jam deliberandum erat, an Continuationum et Supplementorum Tomus V et VI. edendus — num potius universa ista penus in novum opus, fub novo titulo coadunanda esset?

Argumenta in utramque partem non deerant:

Pro editione ulteriorum fupplementorum et fimplici operis continuatione pugnabat maxime debitus Respectus Possessorum duodecim Tomorum Bibliothecae jam prostantium, utpote qui fuo jure exspectare poterant, ut, quicquid novi in hoc instituto prodiret, ipsis per novam rei adornationem haud furriperetur, fed feorsim ederetur.

Verum altera ex parte plura ftabant:

1) Operis tendentia, quae ea est, ut tam Literatori, quam Practico parsimoniam temporis et operae paret; Quo magis autem numerus Tomorum augetur, eo minus is fcopus obtineri potest, cum e contrario novum nostrum institutum, omnia et edita et edenda ordine non interrupto uno intuitu fistat.

2) Editio ulteriorum duorum Tomorum pretium totius, utpote tum XIV Tomis constantis adeo augere debuisset, ut integrum opus non nisi aegre emtores invenire potuisset.

3) Ulteriores duo Tomi Supplementorum dimidium pretii, quo integrum novum opus constabit, absorpsisset.

At, quaeres, an ergo novum institutum allegata incommoda evitabit? Omnino! Etenim, Dudodecim illi Tomi Bibliothecae jam impressi, una cum duobus in manuscripto latentibus adeoque Quatuordecim Tomi in Quatuor modo Tomos, et quidem multo minores, quam finguli illi erant, coactos cernes, ne uno quidem citato, ne una quidem linea

Digitized by Google

omissa. Obtinebitur hoc per oeconomiam typographicam, dum charta maxima, typi minores, iique nitidi et columnae in tres campos divisae adhibebuntur; Accedit, quod repetitio inscriptionum, titulorum, etc. quae Supplementorum volumen non poterant non insigniter augere, jam cessat. Hoc modo pretium operis, ultra 200,000 excerptorum continentis admodum exiguum erit, et ſic omni justae petitioni et exspectationi ſatisfacturos nos esse ſperamus.

Unus alterve Censorum, prout id fieri ſolet, operi non favebat, fictas et manifesto falsas inculpationes formans —

Contra vero aequiores arbitri laudes ſuas operi haud denegabant: Citamus modo paucos ex praecipuis, qui de opere nostro ita effati ſunt:

Journal der Erfindungen etc. Intelligenzbl. n. 1. -- "Kein Arzt, der ſeine Wissenschaft ſtudiren will, kann dieses literarischen Hauptbuches entbehren."

Ibid. Intelligenzbl. n. 35. -- "*Kein Fach* des menschlichen Wissens, *keine Nation* hat ein ähnliches Werk aufzuweisen."

Ill. Blumenbach med. Biblioth. III. p. 611. "Ein alphabetisches Real-Repertorium über die practische Arzneywissenschaft und Wundarzneykunst, von einer ſo ausnehmenden Vollständigkeit und Fülle, als weder die genannten noch auch meines Wissens überhaupt irgend andere Fächer menschlicher Kenntniſſe bis jezt aufzuweisen gehabt haben u. s. w."

Tode medic. Journal I Heft. p. 1. -- Diſs herrliche Werk ist die Frucht vieljährigen Sammlens, eines eisernen Fleisses -- eines der nützlichsten Werke, die wir uns wünschen konnten; es macht uns mit den Hauptgegenständen unserer Wissenschaft auf das vertrauteste bekannt; es macht die Erfahrung vieler tausend Aerzte zu der unsrigen, es erspart uns unbeschreiblich viel Lesen und Nachsuchen u. s. w.

— II Heft. p. 40. -- III H. p. 35. "Nicht nur dem Gelehrten ist diſs Werk unentbehrlich, ſondern auch der Practicus kann ſeine Zuflucht dazu nehmen u. s. w."

Nec possumus Ill. Hufelandii votum reticere, quod in Ejusdem Journal der practischen Heilkunde. XXIV B. 1 St. 1806. p. 172. exstat, et quod, ut ingenue fateamur, colophonem consilio, novum hoc opus moliendi, imposuit: Scilicet post praemissas liberaliter laudes operis ita habet: Möchte doch die Fortsezung bald erscheinen! und möchte es dem H. Verleger gefallen, es einst zur allgemeinen Benuzung *in einer gedrängteren und wohlfeileren Form* zu liefern!

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Medicinae, cujus objectum vita et ſanitas hominum et brutorum est, basis ſemper fuit, est, et erit cognitio empirica, per rationem exculta. Opus ergo est Medico ſuppellectili et penu multifariorum auxiliorum, quibus scopos ſuos, ſive ſanitatis et vitae integritatem conservandi, ſive illius deperditae restitutionem procurandi, assequi possit; Et haec certe ſuppellex adeo ampla est, ejusque usus et applicatio tam diversa, tot difficultatibus limitata, ut, ſi eam mentis humanae facultatem ſpectes, cui omnis copia nostrarum notitiarum concreditur, memoriam puto, haec tantae farragini capiendae, ſervandae, et ſuo loco reproducendae vix ac ne vix quidem capax ſit. Ideo autem, ais, Eruditi ſua cogitata, ſua inventa, ſuas observationes ſcriptis mandant, ut et ultima posteritas, ſi velit, iis uti et frui possit: Omnino Verum hoc ipsum est, quod propter abundantiam ſcriptorum in omnibus ſcientiis, et praesertim in Medicina, Literaturae absolutam necessitatem infert, nisi quidem thesauros istos negligere, iisque plane carere velimus, adeoque eruditionis omnis generis partem nec infimam, nec minimam constituit ſic dicta Literatura, ſeu notitia Scriptorum, ad partem Eruditionis, quam quisque ſibi colendam proposuit, pertinentium. Licet vero Literator et is vocetur, qui Auctores, Libros, Editiones, reliquaque exoterica noscit, licet Bibliognosis ſua laude non careat, tamen Literatura, hoc ſensu accepta, quippe tantummodo *nominalis* admodum ſterilis est, ut absque injuria ſtatuere possis, Literaturam hoc ſensu acceptam et cultam parum veri usus ſive ad promovendam, ſive ad exercendam aliquam artem vel ſcientiam exhibere. E contrario illius, qui ſcientiae alicui operam dat, magis interest, ut literaturam *realem* colat, ut ſciat, *Quidnam* de hac illave re ſcriptum ſit, quam ut noscat, *Quis* haec vel illa opera concinnaverit, vel ediderit?

Nec quis forte reputaverit, haec ad idem redire, cum eum, qui omnia vel pleraque ſcripta Eruditorum nominare ſciat, eo ipso materiarum, in iis tractatarum cognitionem habere oporteat: Etenim tituli nequaquam pandunt materiem ipsam.

Accedit titulorum obscuritas, insufficientia, extensio, plurima objecta involvens et comprehendens, quae ne per divinationem quidem assequi ſinit, quid in libro latitet? Quis enim hariolabitur, quid contineant Scripta, quibus tituli praefixi ſunt: *Acta*, *Animadversiones*, *Antidotaria*, *Arcana*, *Archiva*, *Armamentaria*, *Bibliothecae*, *Collectiones Dissertationum*, *Commentarii*, *Consultationes et Consilia*, *Diaria*, *Digressiones*, *Disquisitiones*, *Ephemerides*, *Epistolae*, *Epitome*, *Exercitationes*, *Florilegia*, *Horti*, *Meditationes*, *Meletemata*, *Miscellanea*, *Observationes*, *Opera omnia*, *Opuscula*, *Penus*, *Praelectiones*, *Progymnasmata*, *Quaestiones*, *Recensiones*, *Responsa*; *Scrutinia*, *Specula*, *Spicilegia*, *Supplementa*, *Syntagmata*, *Theatra*, *Thesauri*, *Theses*, *et ſi quae ſunt*, *alia hujusmodi*.

Dein et haud contemnenda reperiuntur apud Historicos, in itinerariis, aliisque mixtis ſcriptis, quae in iis haud quaesivisses:

Digitized by Google

Magna itaque intercedit differentia inter notitiam Auctorum atque Titulorum, et fcientiam Contentorum. Hoc discrimen constituit differentiam inter Literaturam Nominalem et Realem. Illa fectatur nomina, haec res.

Pulchrum est, versatum esse in illa, utile, quin necessarium, hanc praesentem habere, hac frui posse, adeoque haec fola noster fcopus finisque erit, etenim ejus necessitatem, quis Eruditorum, cui ftudii fui cultura et perfectio curae cordique est, non fentit? quis memoriae labili, innumeris objectis capiendis et tenendis omnino impari fidere auserit? quis non fua Collectanea, fua Excerpta, fuos Indices improbo faepe labore condit, fibi comparat? Omnes in comperto habemus, quantum faepe temporis et operae in eruendo vel uno loco, in quaerendo uno objecto, etsi caeterum fatis noto, impendendum fit, donec, ubi consignatum est, reperiamus. Quantum contra levaminis nobis praestat, fi forte quaesitum in collectaneis nostris, justo titulo insertum in promtu habemus? Dolendum certe est, hos, tanta opera congestos, faepe tam pulchre concinnatos thesauros plerumque post mortem Possessoris finistra fortuna distrahi, dissipari, perire folere. In hac ipsa forte iniqua magna ex parte positus est lentior progressu, et ipsum faepe decrementum fcientiarum, cum juniores Eruditi objectorum, operum legendorum et investigandorum cumulo obruti talibus adminiculis careant. Scilicet cuivis denuo ibi inchoandum est, ubi Antecessor coeperat, cuivis totidem fcalae gradus fuperandi funt, quot ille fuperaverat; Ita incertus, quid aetatis ratio, industria, quid externae circumstantiae permissurae fint, opus aut negliget, aut labante animo, et demissa fpe fuscipiet. Quantum e contrario fiduciae capessere posset, fi ipsi thesauris bene ordinatis ab initio jam uti, fi jam fuperatos gradus occupare, adeoque culmini magis propinguo illud tandem attingere, vel faltem propius propiusque ad id accedere liceret. *De eo enim agitur, ut Labores Antecessorum nobis reapse prosint, ut nos, Majorum haeredes nati, bonis, ab ipsis partis fruamur, utamur.*

Usus hic manifesto eo facilior foret, fi pauca modo essent, quae illi nobis reliquerunt: Cum autem tantae fint divitiae, ut cumulus earum nos confundat, haud raro fit, ut fylvam prae arboribus cernere nequeamus, ut prae nimia luce caecutiamus.

Hoc pacto fit, ut ipsae illae divitiae fese invicem praepediant, ut impeditus, denegatus earum usus eas nobis fere inutiles reddat, et quasi eripiat, et immensus ille, abs Antecessoribus tanta opera partus thesaurus cesset, *nobis* thesaurus esse.

Hoc pacto fit, ut quae toties pensitata, inventa, observata, fcripta, annotata fuerant, denuo perpendi, inveniri, observari, annotari debeant; Sic genus humanum aeterna in rota continue circumgyratur, et perpetuo tantum ex una parte perdit, quantum forte ex altera lucratur, ac in fempiterna mediocritate detinetur; Sic Eruditorum quisque Sisyphi faxum volvit, et tamdiu volvet, donec divitiis femel partis, nobisque datis et relictis melius uti discamus.

Accedunt numerosa illa, quotidie propullulantia fcripta, cumulum istum praegrandem adhuc tantopere augentia!

Hem! quantum veritatis Eximius Ille Anonymus, qui Senacum de morbis cordis in

Digitized by Google

I.5.291 I

Allgemeiner Deutscher Bibliothek Tomo LI. p. 422. recensuit, in aphorismum hunc, hippocratico ſtilo coegit: *Unser Leben ist kurz, der Bücher ſind zu viele, der Zeit und des Geldes ist zu wenig. Vita brevis, Libri multi, nummi parci, tempus arctum!*

Ex eodem fonte id mali enascitur, ut olim cognitorum, oblivione jamjam ſepultorum unum alterumve forte fortuna iterum emergat, abs hoc illove ceu novum inventum producatur, et abs ignorante, ſtupida cum admiratione ut plane novum excipiatur; Quibus hocce instituto obex poni potest et debet.

Si ergo unquam, certe nunc, confusae huic ſarragini productorum literariorum ſtabilis ordo inferendus est, cum pertimescendum ſit, ne omnia tandem vasto gurgite absorbeantur, ne res literaria *mole ſua ruat*, et universum penum

— rapidus voret aequore vortex.

Hanc ipsam vero necessitatem, jacturas istas avertendi, jam olim multi ſensere: Nostris temporibus desideratissimus Maximilianus Stoll eadem in curis habuit, uti ex *Rationis Medendi* P. VII. p. 359, posthuma, perspicimus, et Illustres viri, Baldingerus et Grunerus, ille in Primo Tomo ſui *Neuen Magazin für Aerzte* p. 521, hic in ſuo ſic dicto *Almanach* ad annum 1791. p. 191. necessitatem Indicum et Repertoriorum et elegantissime et ſolidissime demonstraverunt. Denique idem propositum, ejusque utilitatem et necessitatem orbi literario, et praesertim Germanico perspicacissime exhibuit optimus ille Anonymus, qui *Allgemeiner Literatur-Zeitung Intelligenzblatt*, 1790. nro. 73 inseruit: *Vorschlag und Aufforderung an die deutsche Nation über die Nothwendigkeit eines allgemeinen Repertoriums der Literatur und Bücherkunde, und über die Möglichkeit diesen Gedanken zu realisiren.*

Quae omnia uti ad omnes ac ſingulas ſcientias pertinent, ita pari certe, ſi non majori jure istud desiderium ad *Medicinam Practicam* et *Chirurgiam* attinet, non ſolum propter eminentem utilitatem harum ſcientiarum, ſed et ob immensam objectorum copiam, ſive Historiam morborum, et huc pertinentes numerosissimas Observationes, ſive Auxilia et Remedia, inde abs omni aevo et abs omnium gentium Medicis adhibita ſpectes.

Accedit, quod Medicina prae omnibus forte ſcientiis, ad negotium hocce perapta, quin aptissima ſit; Facta, observationes, remedia paucis verbis comprehendi, et unicae plerumque lineae inseri possunt: Eo major itaque erit facilitas, ea ſuis locis inserta reperiendi, et uno obtutu perlustrandi, qui certe universi instituti ſcopus primarius est et esse debet.

Tentarunt quidem plures tale opus, variisque ſub titulis ſua tentamina edidere. Prostant nimirum, *ut interim Bibliothecas nominales, ipsasque Hallerianas, praetercam:*

1) Directorium Medico-Practicum ſive Indices duo praeternaturalium affectuum, cum distinctorum, tum implicatorum, de quibus particulares exstant gravissimorum Virorum Consultationes, Epistolae, Responsiones, Observationes, Historiae etc. Medicis, praesertim tyronibus, quae consimilibus in casibus imitentur, exempla praemonstrantes, a Matthia Morono, in Montisferrati Statu Protophysico Ducali, et Christianissimi Regis Medico ac Consiliario, inter ſtudendum obiter confecti. Lugduni. 1650. in 8.

Digitized by Google

Idem anno 1663, Francofurti in 4. a SEBASTIANO SCHEFFER auctum editum fuit.

2) JOH. GEORGII WALTHERI Sylva medica opulentissima, taliter hactenus non visa, in qua non solum ex aliquot centenis autoribus Medicis, tum Priscis et Galenicis, tum Neotericis et Chymicis quotquot hactenus inveniri potuerunt, omnia morborum nomina et synonyma, tam barbara et obsoleta, quam usitata et communia litera sua initiali ordine alphabetico ita sunt collocata, ut extemplo et quasi in speculo videri possit, quid, quinam, et quot Autores de unoquoque morbo scripserint, et quo in Libro, capite, et pagina singula statim reperiri queant — sed et plurima experimenta tam simplicia, quam composita et chymica, quae praedicti autores in scriptis suis peculiariter prae aliis commendarunt et multiplici experientia comprobarunt, fideliter inserta sunt, addito in fine duplici Indice, altero morborum, altero autorum, in gratiam inprimis et summam utilitatem Medicinae practicae Tironum, Jehova medico coadjuvante, summaque opera et studio accedente plantata. Budissae 1679. in 4.

3) M. MARTINI LIPENII Bibliotheca Realis med'ca, omnium materiarum, rerum, et titulorum in universa medicina occurrentium. Ordine alphabetico sic disposita, ut primo statim intuitu Tituli, et sub Titulis Autores Medici justa velut acie collocati, in oculos statim et animos occurrant. Accedit Index autorum copiosissimus. Francof. ad Moen. 1679. in Fol.

4) J. JAC. MANGETI Bibliotheca Medico-Practica, sive Rerum medicarum Thesaurus cumulatissimus, quo omnes prorsus Humani corporis morbosae affectiones tum artem medicam in genere, tum chirurgicam in specie spectantes ordine alphabetico explicantur. Geneve 1695. seq. Fol. T. IV.

5) Ejusdem Bibliotheca chirurgica. Genev. 1721. Fol. T. IV.

Commodum opus, teste Hallero. Verum hae Mangeti Bibliothecae non sunt, nisi taediosi centones, quos auctor ex integris longis locis aliorum consarcinavit, nec ubique accurate satis citavit: Ita reperies nomina eorum qui Ephemeridibus Naturae Curiosorum suas observationes inseruere, unde citata, sine loco, ubi istae inveniendae sint. Opera simillima iis, quae Theophilus Bonetus sub Titulis: Polyalthes, Mercurius compilatitius, Medicina Septentrionalis collatitia, edidit vel et Dolaei Encyclopaediis.

6) D. MICHAELIS ALBERTI — Tentamen Lexici Realis observationum medicarum, ex variis autoribus selectarum, in usum literaturae medicae, ad Suffragia Peritorum et Doctorum Virorum conferenda, et alleganda editum. Halae 1727 et 31. Partes duae in 4.

7) GEORG. HENRIC. BEHR Lexicon Physico-Chymico medicum Reale, iis praeprimis utile, qui de hac vel illa materia aliorum Doctorum Virorum suffragia et observationes scire --- cupiunt. Argentor. 1738. in 4to.

8) JOH. CAR. HEFFTERI Museum Disputatorium Physico-medicum tripartitum Vol. II. Zittaviae 1763. 4. cujus Indices huc quodammodo faciunt.

Digitized by Google

9) Huc quoque pertinet THEOPHILI BONETI Mercurius Compilatitius, five Index Medico-Practicus. Genev. 1682. in Folio.

10) Ejusdem Medicina Septentrionalis collatitia, five Rei medicae, nuperis annis a Medicis Anglis, Germanis et Danis emissae, fylloge et fyntaxis etc. Genev. 1784. et 1786. Fol.

11) Nec non CHRIST. WILH. KESTNERI Bibliotheca medica, optimorum per fingulas medicinae partes auctorum delectu circumscripta et in duos Tomos distributa. Jenae 1746. in 8vo.

12) HIERONYMI DE VIGILIIS von CREUTZENFELD Bibliotheca Chirurgica, in qua Res omnes ad Chirurgiam pertinentes ordine alphabetico, ipsi vero Scriptores, quotquot ad annum usque 1779. innotuerunt, ad fingulas materias ordine chronologico exhibentur. Vindob. 1781. in 4. Vol. I. II.

Hic Bibliothecam chirurgicam Hallerianam (nominalem) in Realem commutavit, adjectis, quae ex Walthero, Alberti, et neotericis quibusdam excerpere poterat.

13) PLANQUE Bibliothéque choisie de Médecine, tirée des ouvrages périodiques, tant françois qu'etrangers. Tomi VIII. Paris 1748. feq.

Verum haec omnia opera, etsi fuis certe meritis non destituuntur, fere non funt nisi fragmenta, titulos fuos fpecialius non exhaurientia, nedum ea, quae interim, ad nostros usque dies abs tot auctoribus consignata fuerunt, comprehendentia. Scilicet differentia inter horum labores et meos in eo potissimum posita est, quod illi plerumque fummos modo titulos indicaverint, ego vero praeter generale, etiam fpecialia et fpecialissima contenta fcrutatus fim, uti *Introductio* docebit.

Haec perpendens, et altera ex parte fummam utilitatem, quin ipsam necessitatem ordinandae, et digerendae universae Literaturae medicae, five Repertorii Medici et Chirurgici perspiciens, manum operi admovi, et, quantum unus homo, caeterum munere publico aliisque negotiis variis fatis occupatus, praestare potui, praestiti; Labor improbus, omnia vincens, femel inchoandus erat, fperoque, opus hocce, tale, quale jam est, haud exigui usus futurum, et dein posteros basi huic ulterius fuperstructuros, aedificiumque, ex fua quidem natura nunquam plenarie absolvendum, fubinde adaucturos atque exornaturos esse. Et fortassis aliarum disciplinarum Cultores hoc exemplo ad ausa fimilia incitabuntur.

Digitized by Google

INTRODUCTIO.

Multis jam abhinc annis, adhuc Studiosus Medicinae meam, etsi tum temporis curtam fuppellectilem literariam in privatos usus in Indicem Realem redigere conatus fum: Facile perspiciebam, folam titulorum inversionem et reductionem ad comparandam notitiam materiarum in ipsis fcriptis contentarum minime fufficere: Titulus enim faepe plus promittebat, quam in fcripto reperiundum erat, quandoque et minus; Et alia quandoque in fcripto erant, quae ex inscriptione divinare non potuissem. Vagi denique tituli e. g. Opera omnia, Observationes, et fimiles de contentis plane nil manifesti docere poterant, adeoque Liber penitus enucleandus erat, nisi propositum derelinquere voluissem. Inchoabam itaque laborem, et fenfim fenfimque majora moliebar.

Immensitas campi percurrendi, infinitus fere numerus objectorum comprehendendarum deterrere quidem poterat abs proposito, universam Literaturam Medicinae Practicae et Chirurgiae digerendi, eamque in Bibliothecam Realem five Repertorium redigendi:

Cum autem postea et privati usus necessitas urgeret, et altera ex parte commoda orbi medico exinde enascitura arriderent, alacri animo coeptum prosecutus fum, eique indefesse insudavi.

Fontes, e quibus hausi, diversi funt generis: Praecipui funt et erant omnia fcripta, in quibus aliquid ad Medicinam Practicam vel Chirurgiam nec non ad Rem obstetriciam faciens deprehendere poteram, five abs Medicis, five ab Aliis exarata fuerint. Statuunt forsan plures, primo loco evolvendos fuisse eos, qui de omnibus ac fingulis morbis fcripserunt, utpote ex quibus, ut ditissimis fontibus, facillimâ operâ tot et tanta hauriri potuissent. Verùm hos ipsos hactenus fere omisi, invertens quippe argumentum, cum tam facilis accessus ad hosce fit, et quivis vel indices evolvens invenire queat, quae velit, hisce, paucis exceptis, locum in Repertorio dare, hactenus minus necessarium mihi visum est: Ut vero Lectori ad eos via panderetur, omnes, vel certe longe plerosque fimpliciter nominavi, et longam feriem operi praemisi; Appnsueram his locum, quo five in Bibliothecis Hallerianis vel alibi citati funt, ut is, qui plenissimum titulum, utpote quem fubinde abbreviavi, vel diversas Editiones, vel et quaedam circa merita auctorum nosse desiderat, ibidem ea reperire posset Quod in fpecie Editiones attinet, equidem iis usus fum, quas vel ipse possideo, vel quas mutuatas inspicere licebat: Cum tendentia nostri operis non fit Bibliognostica, hujus generis notitias ut in praefatione monui, fectare nec volui, nec potui.

Colui ita praecipue *Observatores*, qui *Facta* memoriae prodiderunt, eosque, quorum tituli contenta divinare non finebant. Occurrit hic momentosa quaestio, an omnibus hisce par fides habenda fit, an et historiae fabulam redolentes fuscipiendae, an vero rejiciendae et omittendae fint, an felectus et discrimen inter fcriptores ftatuendum fit, ita, ut minoris vel nullius dignitatis internique valoris fcripta omittenda, et oblivioni tradenda fint, nec non, an in enumerandis auxiliis medicis conditiones fingulares, in et fub quibus prodesse proderant, annotandae, et, ubi deerant, per criticam conjecturam fupplendae fuerint, verbo an fax critica hujusmodi collectioni praelucere debeat?

Haec omnia probe perpendi, et, in quam fententiam ratione fingulorum abierim, jam indicabo:

Fidem auctoribus omnibus eandem habendam non esse, quilibet facile concedet; Sunt enim, qui non nisi curiosa, inaudita, miranda fectati, jam per credulitatem, jam per fraudem et femet ipsos et alios falsis narratiunculis deceperunt; Equidem nonnulla manifesto fabulosorum figno? notavi, eoque dubium meum circa veritatem Facti annotavi. Nolui tamen vel haecce plane excludere vel omittere, nedum alia, quae, etfi dubiae fidei, tamen fortassis vera esse poterant; funt enim plura, quae hujus fidem fubjectivam fuperant, alterius nequaquam. Ita ipse de veritate historiarum, quae pessos per os redditos memorant, olim dubitavi, donec his meis oculis id factum esse, aliquando viderem; Haec ergo Lectorum Judicio relinquenda esse putavi.

Quod fcripta minoris momenti, inferiorisque dignitatis attinet, ea prorsus rejicienda et oblivioni tradenda fequentibus ex rationibus ftatuere non poteram:

Nimiam arrogantiam redolet, Dictatorem et Arbitrum in Esse et Non esse fe gerere, damnare et folvere.

Injustitiae esse mihi videtur, aliorum judiciis damnantibus fubscribere, ubi fcriptum ipsum vel non ad manus erat, vel perlegi et trutinari non poterat: Et quid tum, fi Idem fcriptum, quod, praesertim hodienum, frequenter accidit, laudetur ab his, culpetur ab illis?

Digitized by Google

Plura, praecipue minora scripta, Dissertationes, Programmata et ejusmodi non nisi ex titulo mihi innotuere, etsi et plura omnino studiose perlegi, adeoque judicium de iis ferre non dabatur.

Merita auctoris, sive plagiarii, sive meri imitatoris, compilatoris etc. quandoque nulla fere sunt, quin forte negativa, isque, qui archetypos possidet, scripto isto egregie carere poterit, et tamen nec haec scripta omittenda esse censui, cum is, qui horum compos est, illis contra caret, etiam ex derivatitiis his fontibus haurire possit.

Recte ajunt, nullum esse librum, adeo vilem, e quo nil plane edisci possit.

Instituti nostri ratio ea prorsus non est, ut critica de scriptis sententia feratur, sed potius ut memoria rerum scriptarum perfecte et plenarie, quantum possibile est, servetur; *Opus est mere historicum; docens, quid abs Medicis aliisque Observatoribus omnis aevi, omniumque gentium unquam sive rite sive minus recte gestum, dictum, observatum, memoriae mandatum fuerit?* Magnus exercitus non constat meris ducibus, nec meris fortibus, sed insunt et sequuntur etiam servi, etiam viles homines.

Interest et damnabilia nosse, quae forsitan ab hoc vel illo peracta, commendata fuerunt.

His ex rationibus nostrum institutum evitare non poterat, quin bona mixta malis in eo deprehenderentur.

Nolui quoque Collectores observationum excludere, ut Marcellum Donatum, Schenckium, Bonetum etc. Auctores quidem ipsi, e quibus illi hauserant, mihi excerpendi fuerant; Verum enim vero, etsi plerosque horum ipse diligenter enucleavi, adeoque una eademque observatio forte bis recurrere potest, ideo tamen istos omittendos non censui, cum Lector uno libro citato carens, altero forte gaudens, per citationem Collectoris, quem forsan possidet, observationem, vel quicqu'd est, inspicere possit.

Ubi auctores nimis amplas descriptiones dederant, narrationes nimis longas fecerant, ut eas in *breve compendium redigere* impossibile fuerit, id quod nimirum *per totum opus assequi studui, et passim reapse perfeci,* ibi non potui non in simplici indicatione subsistere, Lectoremque ad locum ipsum relegare, in quo, si ipsi placuerit, plura, et amplius explicita reperire queat.

Permulta scripta sunt, quae a capite ad calcem perlegi, et fideliter excerpsi, cujus census praecipue sunt Observatores. Aliorum titulum modo notavi, uti plerarumque Dissertationum academicarum; Denique et potiora Diaria consului, iisque omnino quoque usus sum.

Ipsa autem excerptorum formatio exigebat pensitationem, quemnam in titulum observatio, vel quicquid aliud id fuerit, redigendum sit? Etenim ipsi quandoque autores erroneis titulis suas res subjecerant: Dein totum ita et adeo concentrandum erat, ut paucis verbis comprehenderetur, nullis essentialibus omissis, quae auctor consignaverat, qui labor epitomationis certe haud adeo facilis erat.

Hac ratione quodammodo compendium omnium horum autorum enascebatur: Atque opus hocce suo modo ingentis Bibliothecae vices illi certe praestare queat, qui eo rite uti, et combinanda combinare noverit id quod caeterum facillimum est.

Qui vero crediderit, vel postulaverit, ut ideo omnes auctores citatos totos quantos exenteratos habeat, ut iis plane carere in posterum posset, plus poscit, quam humana opera praestare, vel unquam alicujus qualiscunque instituti ratio esse potest.

Ordinandi itaque erant et Tituli majores, et ea, quae sub singulis horum comprehendebantur. Haec ordinatio haud multum morari poterat, nimirum alphabetica, utpote commodissima et scopo suo omnino satisfactura.

Ipsa operis Synthesis et Oeconomia haec est: Praemittuntur semel pro semper a) Practici, sive ii, qui vel in Systematibus, vel in Compendiis de omnibus vel certe plerisque morbis, sive internis, sive externis scripsere: Quodsi enim hos omnes apud singulos morbos allegare voluissem, hoc solo consilio volumen enorme operi accrevisset, noluique inutili repetitione molestus esse.

Hos sequuntur b) Scripta, quae excerpta in opere deprehenduntur; allegavi Editionem, qua equidem usus sum, eum nimirum in finem, ut paginarum aliorumque specialium citatio concordet: Quodsi quis alias citati cujusdam operis editiones possideat, poterit tamen ex comparatione quaesitum reperire; Saltem citata capita, paragraphi, numeri observationum etc. etiam in diversis editionibus concordare solent. Dein haecce praemittere, ideo necessarium statui, ut Lector per sic dictam abbreviaturam titulorum citatorum scriptorum per universum opus regnantem, pleniorem titulum semel pro semper in iis praemissis invenire possit. Ad pleraque, praecipue noviora scripta allegata fuere Diaria praecipua, in quibus recensionem eorum reperire licet.

Ipsum ergo opus consistit ex hujusmodi excerptis et collectis medico-practicis, et chirurgicis, in ordinem alphabeticum et *ad respectum morborum digestis*; Morbi omnes cogniti sub titulis trivialibus, aliaeque materiae

Digitized by Google

practicae ferie alphabetica fequuntur; Singulis his titulis primum fubjunguntur (praeter Practicos, femel pro femper praemissos, qui itaque apud fingulos titulos ut appositi fupponendi funt,) omnes ii, qui in genere de ea re five ex professo, five tantum in transitu fcripsere. Invenies ergo apud hos, etsi ficco modo citatos jam integras tractationes, et diagnosin et aetiologiam, prognosin et therapiam comprehendentes, jam aliquid modo horum, unum forte exstans exemplum, unam observationem. Praecipue quoque eos huic feriei inserui, quorum observationes determinatam morbi fpeciem, vel caussam, vel certum remedii genus non innuebant.

Dein fubinde reperies Anatomen, five potius Scriptores, iterum alphabetice dispositos, apud quos relationes de iis, quae in cadaveribus eo morbo defunctorum inventa funt, legere poteris, nec raro ea ipsa, quae per Anatomen detecta fuere compendiose apposui.

Sequuntur morbi ejus fingularia, nempe τo endemicum, epidemicum, periodicum, et fi quid aliud extraordinarii occurrit, et apud fingula haec momenta fcriptores iterum ordine alphabetico citavi.

Deinde caussarum feries eodem modo disposita producitur, et fub fingulis iterum fcriptorum phalanx apparet, omissis fere iis, ut repetam, qui de omnibus morbis fcripsere.

Tandem Therapia in genere et

Denique auxiliorum, remediorum ipsorum fpecialium tam internorum, quam externorum cohors agmen claudit; Allegati auctores modo jubent usum hujus illiusve remedii, modo experimenta cum illis institutis eventusque, modo falutares, modo non, memorant.

Ipsa operis natura ita comparata est, ut *nunquam absolvi possit*; Quo ditius tamen apparet, eo majoris erit usus; Id, prout jam traditur, ultra 200,000 excerpta continet.

Animus est, dum vita et vires fufficient, continuationes et fupplementa colligere, quae tam hactenus forte adhuc omissa, quam noviter interim publici juris facta comprehendant.

Ita fortassis eveniet, ut etiam post meum discessum abs aliis opus continuetur, eo facilius quidem, ac fundamenta femel pro femper jacta funt, et commode huic basi ulterius fuperstrui poterit, et fic opus indies magis magisque perfectum evadet. Ultro fatendum est, quodsi Archetypi omnium operum excerptorum, utpote quorum nonnullorum traductiones modo dabantur, ad manus essent, vel fuissent, quodsi felectissimarum quarumque editionum compos fieri potuissem, — Opus hocce majorem gradum perfectionis et fplendoris consecuturum fuisse: Verum dubitandum, an vel locupletissimae Bibliothecae absolutum talem thesaurum possideant.

Cum inserviat *conservandis* omnibus, quae unquam ad morborum diagnosin et Therapiam consignata fuerunt, patet usus ejus pro Medico clinico, Chirurgo, et Obstetricante, qui ejus ope non modo fcriptores et res ipsi forte incognitas deprehendit, fed et fubinde ad tales, quos in fua Bibliotheca fervat, ablegatur, in quibus ipse fortassis ejusmodi notitias non exspectasset.

Apertae jacent in ipso hocce Repertorio caussae, per quas Medicus facile indolem fpeciei, quacum agit, investigat: Inveniet hodegum ad Therapiam ipsam, cum ex ferie remediorum ipsorum, tam externorum quam internorum, haud raro aut novum, aut oblivione fepultum auxilium, fimili forte observatione fuffultum in falutem aegri fui exinde depromere poterit.

Amplus ejus usus est Literatori, five fimpliciter investiget, quid et ubi de hac illave materia practica fcriptum fit, five Librum, Dissertationem elaborans, quaenam antea jam prostent, fcire cupiat.

Commodum erit opus fimilem in finem Recensenti alicujus fcripti, cujus ope et plagia, et ignorantiam eorum, quae ante novum fic dictum fcriptum, forte melius dicta exstiterant, facile deteget.

Verbo: Quantum temporis, quantum operae compendium hocce institutum praestet, quivis tum demum rite percipiet, et aestimare poterit, cum reapse in ejus usum descendet.

CATA-

Digitized by Google

CATALOGUS
MEDICORUM, ET CHIRURGORUM,
QUI DE OMNIBUS, VEL SALTEM PLERISQUE MORBIS
SIVE INTERNIS SIVE EXTERNIS SCRPISERE.

Abeazoar al Theizir, almndsviat. Venetiis 1583. Fol.
Abercromby, (*David*) Nova Medicinae Praxis. Paris. 1720. 8.
(Ackermann) Handbuch der ausübenden Azneywissenschsft und Wundarzneyknnst bey Armeen im Felde. Leipz. 1797. feq [*N. A. D. B. B XL. p. 63*]
Actnarius, (*Joh.*) Methodus Medendi. Venet. 1554. 4.
Aesculapius, (*Psevdonymus*) de morborum passionumque C. H. causis, descriptione & cura. Argent. 1533. Fol.
Aëtil, (*Amidani*) Tetrabiblos. Exstat in Stephani Artis medicae Principibus, ad finem.
Agricola, (*Joh.*) Chirnrgia parva. Nürnberg 1643. 8.
——— ——— Institutiones chirnrgiae. Fr. 1634. 12.
Aitkens, (*Jo.*) Anfangsgründe der Wundarzneykunst. Leipzig 1781. 8.
Albergus, (*J.*) Summa tractatuum chirurgicae Praxis. Panorm. 1703. 12. [*Haller Bibl. Med. Pr. p. 353*]
Alberti, (*Mich.*) Therapiae medicae Praxis universalis & Praxis extemporanea. Hal. 1721.
Albucasis Alzsharavi, five compendium artis medicae. Aug. Vind. 1490. Fol.
Alcazar, (*Andr.*) Chirnrgiae L. VI. Salamanca 1575. Fol.
Alexii, (*Alex.*) Cratylus morborum fen de peculiarium corporis humani morborum appellatione, essentia & curatione. L. III. Patav. 1657. 4.
Alexander Trallianus, de morbis & febribus. Basil. 1541. Fol.
Alix, (*Math. Fr.*) Anweisung zur lehrenden und ausübenden Wundarzneykunst. Riga und Leipzig 1772. 8.
Alpinus, (*Prosper*) de Medicina Methodica. Lugd. Bt. 1719. 4.
(Alruz.) Vademecum anatomico chirurgicum. Hannov. 1718. 8.
ab Altomari, (*Donat. Anton.*) Ars Medica. v. Opp. Lugd. 1586. Fol.
d'Amato (*Cintio*) Prattica nnova di tutto quello, ch'al diligente Barbino s' appartiene. Venez. 1669. 4.
Amthor, *Casp*) Kinderlazareth. Schleusingae 1738. 8.
Anderi, (*Hyacinthi*) Practica Gothalanorum &c. Barcin. 1671. Fol.
Andriolli, (*Mich. Angelus*) Enchiridion practicum medicum &c. Venet. 1700. 4.
Andry, Orthopaedie. Berlin 1744. 8.
Angelutins, Ars Medica. Venet. 1588. 4.
Anleitung, (*kurze*) für die Wundärzte auf dem platten Lande, wie folche bey der Kur der innerlichen Krankheiten unter den Menshen verfahren follen. Berlin 1785. 8.
ab Aquilen (*Ant.*) praeclarae rudimentorum medicinae L. VIII. Compiut. 1571. Fol.
Aretseus, *Cappadoc.*) Libri VII. Argent. 1768. 8.
Armstiong, (*Georg*) Versuch von den vorzüglichsten Kinderkrankheiten. Zelle 1769. 8.
— Neu bearbeitet von Schaeffer, (*J. Christ. Gottl.*) Regensb. 1792. 8.
de Argelata (*Petr.*) Chirurgia. Venet. 1497. Fol.
Arnaldi de Villa nova Brevisrium Practicae, in Opp. Lugd. 1720. Fol.
Arnemann (*J.*) Handbuch der practischen Medicin. Götting. 1800. fq. 8. [*Gött. Anz. 1800. p. 729. A. L. Z. 1801. I. p. 369. N. A. D. B. B. LXI. p. 65. Salzb. medic. chir. Zeit. 1803 I. p. 401. V Ergänzungsband. p. 289 Horn. Archiv. II B. p. 821.*]
Arnemann System der Chirurgie. Götting. 1800. 8. [*Gött. Anz. 1800. p. 81. N. A. D. B. B. XLIV. p. 327. XC. p. 297. A. H. L. Z. 1805. n. 64.*]
Arnould, Remedes fouverains &c. Lyon 1651.
Arzneybuch, Augsp. 1488. 4.
——— Nürnb. 1518. 1707. 8.
——— (*Weimarishes*) Lips. 1678. 8.
Arzneybüchlein. Basel. 8.
——— Leipz. 1616. 4.
——— Dresden. 1681. 8.
Arzney-Kunst und Wunderbuch &c. Fr. 1765. 8.
Arzneyschaz. Basel 1704. 8.
Arzt, (*der fichere und aufrichtige*) Quedilnb. 1717. 8.
der Arzt der Mannspersonen. Leipzig 1783. 8.
——— der Frauenzimmer. Leipz. 1783. 8.
Atkins, (*Joh*) Navy Surgeon. Lond. 1714. 8.
Aubrey (*T.*) Sea Surgeon. London 1729. 8.
d'Anvergne (*Mdselle*) Recueil des fecrets touchant la medecine pour les maladies et les playes. Paris 1696. 12.
Austrius, (*Sebast.*) de puerorum morbis. Basil. 1540. 8.
Anteurs anciens de la Medecine & Chirurgie. Paris 1634. 8.
Averhoës, Colliget. Venet. 1490 Fol.
Avicenna, Canones. Venet. 1700. 4.
d'Ayala (*Hieron.*) Principios de Chirurgia &c. Madrit. 1672
Babst von Rochliz, Arzneybuch. Leipz. 1592. 4.
Bacchanelli (*Joh.*) de consensu Medicorum in curandis morbis. L. IV. Lugd. 1572. 12.
Bacher, (*Jo. Joach.*) kluger Hansvater — vollkommener Landmedicus &c. Leipz. 1778. 12.
a Baesdorff, (*Cornel.*) Methodus universae artis medendi &c. Brugis 1583. Fol.
Baglivi, de Praxi Medica. in Opp. Antwerp. 1715. 4.
Balbon, (*Robert*) Every on his own Physician &c. Lond. 1780.
Baldinger, (*Ernst. Gottfr.*) von den Krankheiten einer Armée. Langensalza 1765. 8.
Ball, Anweisung zur medicinischen Praxis. Fr. und Leipz. 1763. 8.
— Neuere Heilkunst. Leipzig 1778. 8.
Balk, (*G.*) Beyträge zur deutlichen Erkenntniss und gründlichen Heilung einiger am häufigsten herrschenden langwierigen Krankheiten. Libau 1794. 8. [*Salzb. medic. chir. Zeit. 1795. IV. p. 335. 1798. I. p. 95.*]
Balthasar, (*Ant.*) chirurgische Krankheiten. Wien 1786. 8.
Bang, (*Fr. Ludw.*) medicinische Praxis, fystematisch erklärt, und mit — Krankengeschichten — erläutert. Kopenh. 1791. 8. *A. D. B. B. CXII. p. 374. A. L. Z. n. 221.*
Banister Book of tumours, of wounds, fractures and luxations. Lond. 1633. 4.
Banyer (*H.*) methodical Introduction to the art of chirurgery. Lond. 1717. 4.
Barbette, (*Paul.*) Praxis Medica & Chirurgica. v. Opp. Genev. 1783. 4.
——— Chirurgia. v. ib. P. II.

Digitized by Google

Barbierer, der weitgereisete und wohl practicirte &c. Regenspurg 1709. 8.
Barrios (Joh.) de la verdadera cirurgia y medicina. 1670. Fol.
Barroughs Method of Physik. Lond. 1610. 4.
Bartholinus, (Thom.) de Medicina Danorum Domestica. Hafn. 1666. 8.
de Barziziis, (Christoph.) Introductorium. Aug. Vind. 1518. 4.
Battie, (G.) Aphorismi de cognoscendis & curandis morbis. Hal. 1780. 8.
Battus, (Carol.) Handtboeck der Chirurgyen &c. Amst. 1634. 8.
Bäumler, mitleidiger Arzt. Fr. 1780. 8.
Bayfield, (Robert) Enchiridion medicum. Lond. 1655. 8.
Bayr, (Petr. de) de medendis corporis humani malis. Franc 1612. 12.
Becher, Jo Jac.) medicinischer Schatzkammer. Leipz. 1780. 8.
Bell, (Benj.) Lehrbegriff der Wundarzneykunst. L. 1784—1790. V Theile.
Bellini, (Laurent) De morbis capitis & pectoris. v. Libr. de urinis & pulsibus. Franc 1685. 4.
Belloste, Hospital-Chirurgus. Dresd 1703. 8.
Benedictl, (Alex.) de re medica. Basil. 1539. Fol.
Benham (Thom.) officina chirurgi, vel antidotarium chirurgicum. 1620.
Benzins, (Ugo) Consilia ad omnes aegritudines. Venet. 1518. Fol.
de Bergeries, (Jac. Girard.) la medecine domestique &c. Hanau. 1672. 8.
Berlinghieri, (Franc. Vacca) Saggio intorno alle principali e piu frequenti malattie del corpo umano. Pisa 1787. 8.
——— Codice elementare di Medicina pratica &c. Pisa 1794. 8. [Gött. Anz. 1796. p. 255. Salzb. med. chir. Zeitung 1796. II. p. 24.]
Bernstein Joh. Gottl.) practisches Handbuch für Wundärzte. Leipz. 1799. 8. [Salzb. med. chir Zeit. 1800. p. 331.]
——— ——— Zusätze zum practischen Handbuch für Wundärzte. Leipzig 1803.
——— ——— chirurgisches Lexicon. Gotha 1789 v. [A. L. Z. 1802 n. 108. Edit. nova.]
Bertapalia, (Leon) super quartum Avicennae &c. Venet 1499. Fol.
Bertinus, (Georg) Medicina. Basil. 1587. Fol.
Bertocci (Alphonsi) Methodus curativus ex Hippocrate, Galeno, Avicenna, Montano. Lion 1558. 12.
Bertrandi, (Ambrogio) Opere anatomiche e cerusiche &c. Torino 1786. seq. 8.
Bertruccius Collectorium totius fere Medicinae. Lugd. 1709. 4.
——— Methodus cognoscendorum — morborum. Mogunt. 1534. 4.
Beverovicii, (Jo.) Idea Medicinae Veterum. Lugd. 1677. 8.
Beverwyks Chirurgie Dordr. 1651. 8.
Beynon, (Elias) Barmherziger Samariter. Heilb. 1655. 12.
——— Suite du Samaritain charitable. Genev. 1673. 8.
Bianchellus, (Menghus) de Morbis particularibus. Venet. 1536. Fol.
Bicaisius Manuale medicum. Genev. 1660. 12.
Bierling, (Casp. Th.) Medicus theoretico-practicus. Jen. 1697. 4.
Bilgoer, (Jo Ulr.) Practische Anweisung für die Feldwundärzte. I Th Berlin 1783. 8.
——— ——— Anweisung zur ausübenden Wundarzneykunst in Feldlazarethen. Glogau 1763. 8. [Haller Bibl. chir. II p. 475.]
le Blanc, Precis d'operations de chirurgie. Paris 1775. 8.
Blancard, (Steph.) Neuscheinende Praxis der Medicin Fr. 1690. 8.
——— ——— Cartesianische Academie. Leipz. 1693. 8.
——— ——— Kunstkammer der Chirurgie. Hanau 1688. 8.
Blasius, (Gerhard) Medicina curatoria. Amsterd. 1680. 8.
Blazer, (G. M. Ursinus Wahrmund) (J. Dan. Gohl) Praxis clinica. Franc. 1715. 8.
Blondus, (Mich. Angel) de adfectionibus infantum & puerorum. Venet. 1537. 8.
Bocaudii, (Joh.) Tabulae Curationum & Indicationum ex Galeno contractae. Lugd. 1554. Fol.
Boerhaave, (Herm.) Aphorismi de cognoscendis & curandis morbis. L. B. 1727. 8.
——— Praxis medica, f. Commentarius in aphorismos. Patav. 1728. 8.
Boerner, (Nic.) Kinderarzt. Erf. 1752. 8.
Bohn (Joh.) Chirurgia rationalis. Braunschw. 1727. 8.
Bompart (Marcel) Miser homo. 1648 4.
Bonacursius (Barth.) opusculum de malis externis. Bonon. 1656. 4.
Bonet, (Theoph) Cours de Medecine & Chirurgie. Genev. 1679. 4.
——— ——— Polyalthes. T. III. Genev. 1691. Fol.
——— ——— Medicina Septentrionalis collatitia. Genev. 1684. Fol.
Boniparti, (Hieron.) Practica empirica. Ulm 1676. 4.
Bontekoë, (Cornel) Niew Gebow der Chirurgie &c. Hag. 1681. 8.
Borbon, (Phil.) Medicina domestica necessaria a los Pobres &c. Saragossa 1684. 4.
Borgaruccius (Prosper) Chirurgia magna. Venet. 1568. 8.
dal Bosco, (Francesco) La Pratica dell' infermiere &c. Verona 1664 4.
Bottonos, (Albert) de modo discurrendi circa morbos eosdemque curandi. Francof. 12.
Bouiflet, Elemens de la medecine pratique. Beziers. 1744. 4.
Boolton, (Richard) System of rational and practical chirurgery. London 1699. 8.
Bourset, (Fr.) de arte medendi L. XII.
Boxberger, (J. Casp.) Praxis methodica medicinalis. Bamb. 1676. 4.
Brandt, (J. Fr.) Land und- Bauerndoctor. Helib. 1795. 8. [Salzb. med. chir. Zeitung 1795. III. p. 459.]
Brendel, (J. Gothofr.) Praelectiones academicae de cognoscendis & curandis morbis. Lips. 1702. 8. [Salzb. med. chir. Zeit 1792. III p. 97 1793. III. p. 5. N. A. D. B. B III p. 495 B. XI. p. 542.]
Bright, (Timoth) Hygieine & Therapevtice. Fr. 1588. 8.
Brookes, (R.) Handbuch der practischen Arzneygelahrtheit. Berlin 1766. (71) 8.
Brouzet, Essai sur l'education des enfans & sur leurs maladies Paris 1754. 12.
Bruele, (Walth.) Praxis Medicinae. 1628. 8.
Brugis (Thom.) Vad mecum chirurgicum. 1684. 8.
Bruno, (Jo) Elementa medicinae. Mediol. 1792. [Salzb. med. chir. Zeitung 1793 I. p. 337.]
Brunus, Chirurgia magna & parva. Venet. 1546. Fol.
Brunswich, (Hier) Hausarzneybüchlein Lips. 1591. 8.
——— ——— Buch der Chirurgie. Strasb. 1797. Fol.
Buchan, Medecine domestique. Paris 1783. 8. [N. A. D. B. B. I. p. 262 Edit. Germ.]
——— Hausarzneykunst. Altenb. 1774. 8.
——— Domestic Medicine &c. London 1772. 8.
Buchoz und Marquet, neueste Heilkundr. Nürnb. 1777. 8.

Digitized by Google

2.5.291 I

3

XIV

Bulkes, (*Lorenz*) Wundarzneybüchel. Erf. 1530. 8.

Burnet. (*Thom.*) Thesaurus medicinae Practicae. Genev. 1618. 12.

Burserius de Kanilfeld, Institutiones Medicinae Practicae Lips. 1787. 8.

Buysen, (*Henr.*) Practyek der Medicin. Harlem 1706. 8.

Byngeolae (*Buhahgt*) Aegritudinum et morborum fere omnium C. H. recensio cum curis. Argent 1532. Fol.

C. de morbis infantum. Hamb. 1771. 8.

C. (*T.*) Charitable furgeon. London 1708. 8.

de Cabreira (*Gonsaleza Rodriguez*) Compendio de muitos remedios de cirurgia. Lisboa 1611. 8.

Caelius Aurelianus, de morbis acutis & chronicis. Libri VIII. Amst. 1709. 4.

Calsudri (*Stephan.*) Breviffima chirurgicae facultatis compendiaria. Saviglian. 1623. 12.

Callisen, (*Henr.*) Institutiones Chirurgiae. Hafn. 1788. 8. [*Edit. nova Germ. Copenh. 1798 — 1800. 8. Salzb. med. chir. Zeit. 1801. II B. p. 388.*]

——— ——— Zusäze zu feinen Grundsäzen der heutigen Chirurgie Wien 1792. 8. [*N. A. D. B. B. VII p. 544.*

Calmette, (*Franc.*) Riverius renovatus. Lyon 1704. 12.

Calvo, (*Jo.*) Chirurgia universalis. Valent. 1690. Fol.

Camerarius, (*El.*) Dissertationes VI. de vitiis machinae humanae Tub. 1725. feq. 4.

le Camus, la medecine pratique rendue plus fimple &c. Paris 1772.

Canevarii (*Demetr.*) Methodus morborum omnium qui C. H. affligunt, curandorum. Venet. 1603. 8.

Cangemius, (*Fr.*) de morbis in particulari curandis.

Capivaccii, (*Hieron.*) Practica Medicinae. v. Opp. Franc. 1605. Fol.

Cardanus, (*Hier.*) de caussis, fignis, locisque morborum. Basil. 1607. 8.

Cardiluccius, (*Jo. Hisk.*) Compendium Medicum Hippocraticum. Nürnb. 1684. 8.

Cardosus, (*Ferd. Fr.*) Methodus Medendi &c. Venet. 1628 4.

Carl, (*Joh. Sam.*) Therapia Dogmatico-clinica. Budingae 1737. 8.

——— ——— Medicina Pauperum. ib. 1719. 8.

——— ——— Elementa Chirurgiae. ib. 1727. 8.

Carmeni, (*Dan*) Methodus Medendi. Bonon. 1636. Fol.

Carminati, (*Bassiani*) Hygieine, Therapevtice — &c. Pavia 1791. fq. [*Salzb. med. chir. Zeit. 1793. I p. 225.*]

à Castro (*Rodericus*) de universa morborum medicina. Hamburg. 1603. Fol.

——— ——— Medicina morborum muliebrium. Hamb. 1628. 4.

Celsus, (*Cornel.*) De Medicina L. VIII. de edit. v. Haller.

Cermisonus, (*Anton*) Consilia medica contra omnes fere aegritudines &c. Venetiis 1503. Fol.

Chalmet, Enchiridion chirurgicum. Lugdun 1510. 12.

Chamberlan, Practice of Physik. London 1644.

Chambon de Montaux, des maladies des femmes. Paris 1784.

Chamisso (*Joh. Braba*) de medendis corporis malis per manualem operationem. Coimbra 1705. 4.

Champier, (*Symphorianus*) Practica nova &c. Lion 1517. 8.

Charetanus, (*Ja.*) Wundarzney &c. Strasburg 1530. 4.

de la Charriere, Traité des operations de chirurgie. Paris 1727. 8.

Chauliac, Chirurgie. Paris 1731. 8.

Chesneau, (*Nic.*) Observationes Medicae. L. IV. Lugd. Batav. 1719. 4.

Cheyne, (*Georg*) Naturel method of chiring the diseases of the body &c London 1742. 8.

Chirurgia, five Scriptores chirurgici. Edidit Gesner. Tiguri 1555. Fol.

Chirurgie complette &c. Paris. 1771. 12.

Chirurgia. Argent. 1540. Fol.

Chirurgischer Catechismus. Leipz. 1777.

der erfahrne Chirurgus und Wundarzt. Hamburg 1689. 8.

der wohlerfahrne Chirurgus. Glogau 1656. 8.

Chopart und Desault, Anleitung zur Kenntnifs aller chirurgischen Krankheiten &c. Leipzig 1783.

Christeau, (*St.*) Chirurgie pratique. Luxembourg 1697. 12.

Christianus Beroaudinus in arcanis Riverii. Venetii 1628. 4.

——— (*Andr.*) Enchiridion medicum &c. Basileae 1583. 8

Cirurgia. Venet. 1610. 8.

Ciuccii (*Ant. Phil.*) Promtuarium medicochirurgicum. Macerata 1679. 8.

Clarke (*Eduard Goodmann*) Medicinae praxeos compendium. London 1799. 12.

——— ——— The modern practice of physik, London 1806. 8.

Clauder (*Chr. Ern.*) kleine Chirurgie. Meissen 1728. 8.

Clavennae Clavis aperiens naturae thesauros. Tarris. 1640. Fol.

Claudinus, (*Jul. Caes*) Empirica rationalis. Bonon. 1653. Fol.

——— ——— de ingressu ad infirmos. Venet. 1628. 4.

Clauser, (*Phil.*) Arzneybuch &c. Basil. 1604. 8.

le Clerc, Chirurgie complette. Paris 1698. 12.

——— (*Gabr.*) la Medecine aisée contenant plusieurs remedes — pour toutes fortes des maladies. ib. 1696.

Clossy, (*Sam.*) Observations on fome of the Diseases of the Parts of the human Body. Lond. 1763.

Colebatch, (*Ja.*) New Light of Chirurgery. Lond. 1695. 8.

Collbatch (*Joh.*) Generous physician or medecine made easy. London 1753. (*therapiae diaeteticae*)

Colle, (*Joh.*) Elucidarium chirurgicum. Venet. 1620. Fol.

Collin, (*Matth.*) Pathologia therapiaque — ex Boerhaavio, van Swieten &c. Vindobon 1793. [*N. A. D. B. B. VII. p. 368. Comment. Lips. Vol. XXXVI. p. 517.*]

Colloquia chirurgica or the whole art of furgery epitomized and made easy &c. London 1705. 8.

Compendium of Physik and Surgery for the use of young practicionners. London 1796. 8.

Consbruch und Ebermaier Taschenbuch der Chirurgie &c. Leipzig 1802. 8. [*A. H. L. Z. 1804. n. 44. Salzb. med. chir. Zeitung 1803. I. p. 318.*]

Contarini (*J. Andr.*) cirurgia pratica accommodata al uso fcolaresco Padova 1715.

Constant, (*Jac.*) le chirurgien charitable. Genev. 1613. 8.

Constantinus, Aphricanus de remediorum et aegritudinum cognitione. L. VII. Basil. 1536. Fol.

de Contecillis, (*J. Angeli*) Practica Rationalis. Venet. 1583. 8.

Cooke (*Sam.*) Mellificium Chirurgiae or the Marrow of Chirurgery. London 1676. 8.

——— (*J.*) des maladies des enfans. Yverdon 1770. 8.

Cophon, de arte medendi. Hagen. 1532. 8.

Corbaeos, (*Theod.*) Pathologia f. enumeratio morborum omnium. Norimb. 1616. 8.

de Corella (*Alphons*) de arte curativa. L. IV. Stellae Navarror. 1555. 8.

de Corbye, les Fleurs de Chirurgie. Toulouse 1642. 8.

Cornachinus, (*Thom.*) Medicina Practica rationalis & empirica. Venet. 1607. Fol.

Digitized by Google

Cornarius, (*Jan.*) Universae rei medicae epigraphe. Basil. 1534.
Cornwell, Hausarzt. Erfurt. 1788.
Cortesius, (*J. Bapt.*) Practica medicina. Messan 1635. Fol.
